SPECVLVM IVRIS GVLIELMI DVRANDI,

Epiſcopi Mimatenſis,

I. V. D.

CVM IOAN. ANDREAE BALDI

de Vbaldis, aliorumq. aliquot præſtantiſsimorum Iuriſconſultorum Theorematibus.

Nunc denuò

AB INNVMERIS, QVIBVS ANTEA SCATEBAT, erroribus ſumma cura, & induſtria repurgatum.

PARS PRIMA.

VENETIIS, APVD IVNTAS.
M D LXXVII.

GVLIELMI DVRANDI VTRIVSQVE CENSVRAE OMNIVM CALCVLO HAVD DVBIE PRINCIPIS, ET OMNIVM PRACTICORVM OCVLATISSIMI EXCELLENTISSIMIQVE DVCIS,

Speculi pars Prima.

OPERA SVMMOQVE STVDIO VIRORVM EGREGIE doctorum, & Iuris vnius atque alterius profeſſorum maximè illuſtrium, accuratè recognita, & in non paucis cùm in corpore, tum in his, quæ à Ioanne Andrea, Baldoque inuecta, adiectaque fuerant, auctior & ornatior reddita.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia eſt thronus Dei.*
2 *Sacramenta eccleſiaſtica continent in ſe miracula.*
3 *Mandata quæ dicantur.*
4 *Suaſionum tranſgreſſio pœnam non meretur.*
5 *Comminationis exemplum Euangelicum arboris infructuoſæ excidendæ & comburendæ.*
6 *Eccleſia Dei eſt paradiſus voluptatis.*
7 *Scientiæ plenitudo intelligitur per Cherubim.*
8 *Doctorum lingua dicitur Gladius flammeus.*
9 *Veritas fidei, per quam peruenitur ad vitam, cuſtodienda eſt per Cherubim, id eſt Doctores.*
10 *Alæ ſex Cherubim, ſex ætates ſiue ſex leges Mundi ſignificant.*
Lex naturæ corrupta eſt in homine per peccatum.
11 *Lex Prophetica contrariatur legi Moſaicæ quo ad vſuram.*
Euangelium dat ſalutem omni credenti.
12 *Indulget Dominus, vbi vetat Apoſtolus.*
13 *Canon duas tantum leges admittit, quas vocat, Publicam & Priuatam.*
14 *Nomina doctorum, qui ſuper Canonicæ legis expoſitione laborarunt, et præ cæteris clarioribus ſapientiæ præconijs coruſcarunt.*
15 *Antiquitas eſt reuerenda.*
16 *Stellæ lucidiſſimæ duæ permanſuræ in æternitates perpetuas, q́ ſint ē*
17 *Filius deuotus imitari debet, quæ bonus pater facit.*
18 *Finis non datur in faciendo libros.*
19 *Scientia ſcripturarum illi eſt demonſtranda, qui ſibi demonſtratam ſeruare non negligit.*
20 *Iura dicuntur per ora Principum diuinitus promulgata.*
21 *Gratia non omnibus æqualiter diuiditur, ſicut aqua fontis ab omnibus æqualiter non ſumitur: ſic de doctrina, ſcientia, prudentia, gloria, &c.*
22 *Diuiſiones gratiarum.*
23 *Scientia placitandi eſt per quàm neceſſaria.*
24 *Iudiciorum ordo & placitandi vſus exordium dicitur habere in paradiſo.*
25 *Tollendo Meum & Tuum, inter homines eſſet vita quieta, & homines ſui eſſent, ſi ſua non eſſent.*
26 *Ordo iudiciarius à lege veteri videtur comprobari per autoritatem Moyſi dicentis: In ore duorum vel trium teſtium, &c.*
27 *Epiſcopus Græcè, Speculator, vel tanquam ſpeculum, quod cuiuslibet formæ ſibi oppoſitæ imaginariam proſert ſimilitudinem.*
28 *Libri huius vtilitas & commendatio.*
29 *Veritatem diligenter examinantes non citò in culpam decidũt, tãquam vero ampliq; lumine circundati, tenebras nõ percipientes.*
30 *Lectio huius Operis ad inſtar quatuor fluminum Paradiſi, quatuor Euangeliſtarum teſtimonio confirmatur.*
31 *Iura humana variantur ſecundum varietatem temporum.*
32 *Præcepta Canonica pro neceſſitate vel vtilitate mutantur & laxantur.*
33 *Erubeſcere non debet antiquitas, ſi quid melius bonum, quæ ipſa tradidit, nouitas adinuenit.*
34 *Obliuiſci bonorum operum & miniſterij propter Deum exhibiti, non eſt iuſtum.*
35 *Doctor delectari poteſt in commendatione ſuæ doctrinæ, non auiditate laudis conſequendæ, ſed ſeminandæ veritatis charitate.*

REVERENDO IN CHRISTO PATRI SVO DOMINO OTTOBONO, DEI gratia ſancti Adriani diacono Cardinali, Gulielmus Durandus domini Papæ ſubdiaconus & capellanus, inter Decretorum Profeſſores minimus, cum recommendatione ſui, vtriuſque hominis ſoſpitatem, & cum debita correctione perſpicaciter ſpeculari, ac ſalubriter attendere præſens Opus a.

De throno Dei procedunt fulgura, & voces atque tonitrua, & in circuitu eius die ac nocte clamant animalia ſenas alas habentia. Hęc leguntur in Apocalypſi b. Et 93. diſt. c. legimus. circa mediũ, ibi, filius tonitrui, &c. de pœ. diſt. 2. c. pẽnata. extra de elec. c. ſcripſiſ ẽ, ĩ prin.
1 † Sanè thronus Dei eccleſia eſt, à qua procedũt fulgura miraculorũ, voces mandatorũ & ſuaſionũ, atq;
2 tonitrua comminationum. ‖ Si qui dẽ miracula ſunt in eccleſiaſticis ſa

ADDITIO.

a Præſens opus. *Ego Ioan. And. huius Speculi ſpeculationem aſſumens, illũ ſpeculor, qui eſt ſpeculum ſine macula, et candor lucis æternæ, Sapi. 7. ipſumque ſupplicitter inuoco, ut iuxta verbum Hieronymi, contra Suſanam, in fin. mihi de ſuo ſonte det gratiã, per quam in ipſo, qui eſt veritas, Io. 14. ſic ſciam, & poſſim veritatem ſcripturarum huiuſmodi Speculi ſpeculari, quòd in illis ſtylo vel calamo à veritatis ſemita non diuertam: & ſic effici merear ſuæ magnitudinis ſpeculator, 2. petitione 1. Licèt autem hoc loco interpoſitio videatur incongrua, quia tamen ſtatim inchoando concepta, ibi illa iuſſit cogor exprimere,*